



Sammelband von Dina



U. g. 1975

70
P R O C E S S U S I U D I C I A R I I
Disputatio IIX.

DE CONCLV-
SIONE CAUSÆ, RE
IUDICATA ET EX-
ECVTIONE

*Ex jure Civil. Cano. Feud. Ordinat. Cam.
Imp. ac receptis in foro Doctorum opi-
nionibus desumpta*

Q V A M
Christo Sole justicia Duce

S V B P R A E S I D I O

Nobilissimi, & Amplissimi viri,

Dn. ARNOLDI DE REYGER, DO-
ctoris Iureconulti celeberrimi, Pandectarum,
in florentissima Academia Salana,
Professoris Publici.

*Publicè in novo Ictorum auditorio examinandam
proposuit, ac exercitij gratia defenden-
dam suscepit*

G E O R G I V S G I G E L M A I R
Trostpergensis Bauarus.

*Ad 29. Novembr. Anno reparata
Salutis 1595.*

Speculator in G. qualiter. n. 17. de
sententia.

*In judicando cordi magis sit custodia veritatis,
quàm obedientia voluntatis.*

I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

*Nobilissimis, Amplissimis, vera animi
sapientia, insigni pietate, excellenti doctrina,
splendore familia atq; honorum digni-
tate spectatissimis viris,*

Dn. IOHANNI HERVVORT.

Dn. VVOLFGANGO PALERO.

Dn. IOHANNI HENRICO HER-
VVORT.

*Omnibus patricij ordinis, Senatoribus prudentissimis,
Scholarchis ad D. Annæ fidelissimis, optimeq;
à multis annis de Ecclesia & Repub.
August. meritis.*

*Magnificis, Clarissimis & Consultissi-
mis viris,*

Dn. HIERONYMO VVALTHERI V.
Doctore eximio, & inelytæ Reipub. August.
advocato dignissimo.

Dn. GEORGIO LAVB Doctore Medici-
næ eiusdem Reipub. primario.

Nec non

*Spectatissimo atq; integerrimo, tum Christianarum, tum
Heroicarum virtutum laude & honorum digni-
tate præstantissimo viro Dn. HIERONYMO
VVIDHOLTZ Civi Augustano*

*Domini patronis, fautorib. ac Meccenat.
piè observandis.*

*Hoc exiguum amoris, gratiq; animi symbolum, debita
cum subiectione offert, consecrat*

*Georgius Sigelmair Trostpergen-
sis Resp.*



CONTINUATIO.

Expeditis jam aliquot membris processus iudiciarii, consequens est, ut ad illam partem, quæ successive emergit in iudiciis, veniamus, quæ est conclusio causæ, & sententia.

THEMA I.

CONCLUSIO CAUSAE est quâdo utrinq; allegationib; & probationib; partes renunciarunt *a*. Quæ conclusio causæ, etsi non sit de substantia processus, ita ut absque vitio nullitatis omitti possit *b*, tamen in Camera nulla sententia publicatur ne inter locutoria quidem, nisi in causa legitimè conclusum sit *c*.

a text. in *c. pastoralis. ext. de caus. possess. & propriet. Spec. de renunt. & conclus. n. 3. Gail. 1. obs. 107. n. 3. las. in l. admonendi. n. 50 ff. de iureiur. Alex. cons. 182. n. 7. volum. 6. incip. in causa & lue. Marant. part. 6. n. 1. sub rub. de conclus. in ca. Daumb. in prax. civil. c. 191. n. 1. Istaq; renunciatio ad acta scribenda est, nunquam siquidem in causa conclusum presumitur, ex actis nisi hoc appareat, *c. quoniam. extr. de probationib.* *b* Sebast. Vant. de nullit. sent. ex def. process. n. 45. pag. 556. Marant. d. loc. in fin. Speculat. in pr. de conclus. & renun. Secus est in foro Ecclesiastico, & in causis profanis & plenarijs, quia si conclusio in talibus omitteretur, processus esset nullus. per text. in *c. auditis. de procurat. & d. c. pastoralis. c. cum dilectis. ext. de fide instr. Vant. d. loc. n. 45.* *c* Gail. 1. obs. 107. n. 2. ita ut parte alterutra concludere nolente, iudex ea invita in contumaciam, causam ex officio pro conclusa acceptare, & in
A 2 principali*

principali pronunciare possit, quando sufficientes dilationes datae sunt, quae sunt transactae. *Ias. in 2. lect. d. l. admonendi. n. 52. mibi pag. 98. Mynsi. cent. 3. obs. 17.*

II.

Conclusionem in causa etiam facta, probationes facti, item iumenta produci non possunt, nisi de novo essent reperta *a.* In criminalibus tamen semper & quodocumque iumenta & probationes possunt produci, ideo, cum in criminalibus non attendatur, conclusio causae *b.*

a per text. in *c. cum dilectus. vbi Felin. plenè per tot. Gail. d. obs. n. 4. Mynsing cent. 4. obs. 60. & cent. 6 obs. 56. Ias. in d. l. admo. n. 61. Daumb. d. c. 191. n. 2. & 7. b* Bart. in *l. unica. per illum tex. in v. quocumq; tempore. ff. de quest. Ias. in d. l. admo. n. 56. Dissent: Ludov. Rom. & moverur 3. arg. quae videre poteris apud Ias. d. loc. v. etiam Paul. de Cast. in d. l. admo. Cuius. obs. 18. c. 35.*

III.

Et licet sit conclusum in causa, nunquam tamen intelligitur praclusa via allegationibus juris, quin semper leges & iura allegari possunt *a.* Pars tamen post conclusionem in causa non potest a iudice petere, ut sibi iuramentum necessarium, vel suppletorium probationis in eventum, quatenus intentionem suam plenè probasset, deferat *b.*

a Bal. in *auth. iubemus. in ult. colum. C. de iud. qui allegat. ad hoc. l. quamvis indubit. C. de adul. & in *auth. ut cum de appellat. in prin. Specula. d. loc. §. I. vers. & scias. b* Gail. d. obs. 107. text. in *c. cum Iohannes. & c. cum dilectus. ext. de fid. instr. Bart. in d. l. admonendi. n. 60.**

IV.

Hinc emergit haec quaestio: an iudex ex officio tam ante, quam post conclusionem causae, iuramentum necessarium parti deferre possit? quod negamus.

*Gail. d. obs. 108. n. 5. & quia iudex quodocumq; equitas postulat, ad eruendam veritatem, partem interrogare potest, per tex. in *l. ubicumq;. ff. de interrog. act. ideoq; etiam poterit iuramentum deferre, ut sic veritate cognita iuste iudicet. Panor. in *c. fin. §. sanè. n. 15.***

n. 15. ext. de iureiur. Salicet. in l. in bona fidei. n. 29. §. de reb. cred. per illum text. Satis enim est partem ab initio & in processu implorasse officium iudicis, pro administratione iusticie inserta libelle clausula illa, peto mihi jus & iusticiam administrari. Sic enim poterit iudex supplere & impetiri officium suum, etsi aliter non petatur à parte. Gail. d. obs. 108. n. 5. las. in §. omnium. n. 147. mihi. pag. 14. l. de act. & ibi Ang. n. 7. mihi. pag. 199.

V.

Conclusionem factam, ad petitionem partium, Iudex processui finem imponit per definitivam sententiam, quæ à sentiendi dicitur; quia iudex iudicando declarat id, quod de jure partium sentit. text. in l. 8. sicut. §. 4. ff. si sci vit. vind. Marant. part. 6. sub rub. & demum fert. sententia. n. 2. Interdum verò sententiæ nomen pro opinione aut sensus significatione accipi solet. l. hac consultissima. §. at cum. C. qui testam. sac. pos. l. si adibus. 32. de dam. infect. l. qualem. 22. de recept. arb. Hoc loco accipitur pro arbitrio iudicis. Vves. in parat. ff. de re iud. n. 3. Debet autem sensus iudicis esse ordinatus, & regi non arbitrio proprii capitis vel voluntatis, sed auctoritate legis. c. text. in l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. Matth. Cole. in tract. de sententia & re iud. in rub.

DE SENTENTIIS.

VI.

Estque sententia rei controversæ in iudicio ritè facta decisio a. Eaque duplex: vel interlocutoria, vel definitiva. Interlocutoria est, quæ fertur inter principium, & finem causæ, super aliquo incidenti vel emergenti articulo b.

a text. in l. 1. ff. de re iud. l. 19 §. 1. ff. de recept. arb. l. eos 6. C. de appellat. Pet. Ferrar. in form. sententia definit. n. 2. mihi. pag. 177. Marant. d. rub. n. 1 las. in l. 1. n. 6. ff. de re iud. Specula. de sententijs. lib. 2. part. 3. n. 3. b Marant. d. loc. n. 2 & 13. Spec. de sententijs. §. 2. in prin. las. in rub. n. 3 ff. de re iud. Vves. n. 4. ff. de re iud. Vult. 2. iurispr. 30. Mynsing. in c. quoniam. n. 108. ext. de probat. Interdum etiam locum habet interlocutoria post sententiam, ut in executione. l. 15. §. 2. ff. de re iud. Quætionem verò incidentem, quæ cum principali decisione non est conjuncta, separatim iudex decidere cogitur. l. pen. de nox.

A 3

act. l.

ad l. 39. in prin. ff. de minorib. l. 5. §. 8. de lib. agnosc. l. 2. C. de ord.
iud. l. 21. in prin. ff. de recept. arb. Rob. 2. sent. 2. Trent. part. 2. dist.
23. thesi 1.

VII.

Definitiva est actus judicialis controversiæ finem
imponens, continens absolutionem vel condemnatio-
nem.

text. in l. 1. 3. 21. in prin. l. 59 ubi etiam Dua. ff. de re iud. Se-
bast. Medices. de lib. & stat. quæst. 21. n. 10. & II. part. 3. Specul. de
sententijs. lib. 2. part. 3. n. 3. Myns. in c. quoniam. n. 109. ex de prob.
Zas. ad l. 1. n. 3. ff. de re iud. Ioach. à Beust. ad d. l. 1. n. 34. & seqq. Lu-
dicium siquidem in pendenti relinqui non debet. l. non quemadmo-
dum. ff. de iud. Vant. de nullit. sent. sub rub. ex def. process. n. 90. pag.
578. Marant. d. loc. n. 1. Gail. 1. obs. 2. n. 6. Hæc tamen verba
non præcisè requirimus, sed & æquipollentia sufficere
arbitramur. d. l. 59. in prin. & l. 27. ff. de re iud. Ias. in l. 1. nu.
16. ff. d. t. Gail. d. loc. text. in l. quid tamen. 21. §. 1. ff. de recep. arb.
ubi arbiter, si pronunciat Titium nihil debere, videtur eum absolvere.
& ibi Bart. in l. 1. Marant. d. loc. n. 122. Alex. in l. 1. in fin. ff. de re tu.
Vant. d. loc. n. 92. & seqq. Idem foret si iudex dixisset, non
video cur Titium non condemnem, quia perinde est ac
si dixisset, condemno. l. 1. §. si quis ita. & ibi DD. de verb.
sign. Alex. & Ias. in d. l. 1. ff. de re iud. Felin. in c. cum venerabil. pen.
ext. de except. Vant. d. loc. n. 92. vel si iudex diceret, videtur
mihî Titium debere. l. quid tamen. §. si arbiter. & ibi Bart.
ff. de arb. l. divi fratres. §. 1. vers. pronunciare debent. ff. de lib. ca. c.
1. ubi Abbas. in final. verb. illius. text. de iud. Lud. Gomess. §. æquè. nu.
8. l. de act. mihî. pag. 15. Secus esset, si diceret, pronuncio
Titium condemnandum esse, cum tractus futuri tempo-
ris non spectet ad iudicem: & aliud est quem liberan-
dum, & aliud liberatum esse, talis enim sententia expe-
ctat aliam sententiam. text. in l. quem sub conditione. §. fin. ff.
de condit. inst. Bart. in l. 1. C. si advers. lib. Ioh. And. in Specul. de ex-
cept. §. viso. in verb. pronunciarî. Vant. d. loc. n. 90. & seqq. Marant.
d. loc. n. 125.

VIII.

Hinc illa perplexa & difficilis sese offert quæstio:
quid

quid si iudex mittit processum ad consilium sapientis,
& sapiens, scribit votum suum, videlicet Titium con-
demnandum esse, & iudex dicit, pronuncio prout in
tali consilio continetur, an videatur ipsum condemnasse?
Affirmamus.

Marant. d. loc. n. 126. consentit Constit. Electoralis. par. 1. art.
26. Wann die vrthail in einem frembden nahmen publiciret /
ob sie in rem iudicatam gehen. Huic affinis est & haec à DD.
valde hinc inde ventilata: videlicet si iudex dicat, condemno te in eo
si probatum fuerit, utrum haec sententia valeat? Quod optimis ra-
tionibus negandum putamus. Vant. d. loc. n. 115. pag. 591. Paul.
de Cast. in l. continuus in prin. n. 3. ff. de verb. oblig. Bart. & Ias. in l.
ait prator. §. 1. si iudex. n. 27. & seqq. ff. de re iud. V. Angel. Aret. in
§. curare. l. de act. n. 6. mibi. pag. 257. & ibi Ias. n. 39. Specul. in
§. de sententia prolat. pag. 749. n. 17. Marant. d. loc. n. 127. Sarmie.
1. select. interp. 13. V. etiam Sich. in l. cum iudex. n. 4. C. de sententijs
& interloc.

IX.

Sententiam proferre solus iudex competens debet
& potest, aliàs si hoc per alium fieret, & iudex de genere
illustrium ac majoribus iudicibus non esset, non vale-
ret a. Et is, qui componit & inesse producit senten-
tiam, tenetur exprimere, an sit ordinarius vel delega-
tus b, si enim iudex ignoraret suæ potestatis funda-
mentum, non valeret sententia c.

a text. in l. 3. & 28. ff. de re iud. l. 1. & 2. C. de sent. ex
peric. l. 3. C. de iurisd. om. iud. V. Vesemb. in parat. ff. de re iud. num. 5.
Vaut. d. loc. n. 85. Host. in summa. tit. de sent. §. sequitur. in princ. Mar.
d. loc. Sich. in l. 1. n. 22. C. de senten. ex peric. ita ut nec consuetudine
talis sententia confirmari possit. c. ad audientiam. ext. de constit. V. Ve-
senb. cons. 6. num. 203. Qui iudices competentes vel in-
competentes sint, didicimus in disputatione Process. nostri l.
b Speculat. in §. qualiter. n. 16. de sententijs. Marant. d. loc. & n.
47. c Bart. in l. nullum. ff. de condict. & demonst. in l. 2. ff. de
iud. & in l. haec a. ff. ex quib. cau. in possess. ea. Mar. d. loc. n. 54. Abb.
in c. prudentia. in prin. col. fin. de off. deleg. Vant. d. loc. n. 86. & in
rub. ex defect. iurisd. ordin. n. 169. pag. 272. Pariratione si iu-
dices

dicēs sint plurēs, omnes simul sententiam ferre tenentur, aliās non valet unius sententia. *l. duo ex tribus. ff. de re iud. VVesenb. d. loc. n. 5. 2. quast. 6. c. definitiva. vers. si plures.* nisi aliquis eorum per contumaciam absit, vel unus ex mandato aliorum pronunciet. *Spec. in d. § qualiter. n. 2.*

X.

Pronunciatur autem de omnibus rebus, quæ in disceptationem judicialem cadunt a: lite contestata b, probationibus auditis c, omnibusque causæ meritis diligenter investigatis d.

a *text. in l. 18. ff. communi. divid. l. 20. si ex testam. in fin. ff. de except. rei iud. l. ult. C. de fid. lib. VVesenb. in parat. ff. de re iud. n. 6. Maran. d. loc. n. 58.* & talis quidem debet esse causa, quæ jurisdictionem judicantis non excedat. *Novell. 15. c. 3. §. fin. Novell. 82. c. 5.* Sententia tamen divisibilis, valet usque ad limites judicantis. *l. 29. §. 1. ff. de minorib. l. 21. in prin. ff. de recept. arb. l. 1. in l. fin. n. 26. & seqq. ff. de iurisd. om. iud. Vant. de null. sent. ex des. process. n. 100. pag. 585.* Et si iudex est deputatus ad causas civiles, principaliter de criminibus non poterit cognoscere, & è contra. *l. 3. C. de iud. l. 1. & 2. C. si à non compet. Vant. d. loc. n. 47. pag. 199. l. 61. §. 1. ff. de iudicys. Gail. lib. 1. obs. 66. n. 1. Andr. Fach. in expl. d. l. 3. C. de iud.* Imò semper sententiam libello conformem esse oportet, nec aliud continere, quam fuit petitum. *Myns. d. c. quoniam. n. 74. Hotr. VVesenb. & Myns. ad §. 1. l. de off. iud. Marant. d. loc. n. 61. text. in l. ut fundus. ff. communi divid. l. fin. C. de fid. lib. c. licet ext. de simo. Bald. in d. l. fin.* An verò Papa vel Imperator, possint ferre sententiam in alio, quam sit petitum, non exigua inter DD. est contentio? Affirmamus. *text. est in c. ad petitionem. de accusat. Specula in §. super. de act. seu pet. vers. sed nunquid. cum vers. seq. Bart. in l. Emilie. in pr. ff. & minorib. Fel. in c. in causis. col. 3. vers. similiter. Ias. in l. vinum. n. 24. mihi. pag. 39. ff. si cert. pet. cum Princeps possit in causa absque litis contestatione procedere. V. Gail. l. obs. 75. in fin. & quos ibi refert & sequitur. Vant. in rub. an qualib. sent. poss. dic. null. n. 26. & n. 15.* b *Specul. in §. nunc videndum. in prin. de sententia. VVesenb. in parat. ff. de re iud. n. 7. Vult. 2. iuripr. 319*

iurispr. 31. nisi enim lis esset contestata, sententia non
valeret, Gal. 1. obs. 75. n. 4. ubi tamen contrarium in Ca-
mera Imperiali observari affirmat. Bart. in l. consentaneum,
n. 5. ff. quomodo & quando iudex. Innocent. in c. prout nobis. num. 2.
de dolo & contumac. c. specul. in d. G. Marant. d. loc. n. 59. &
seq. Bald. in l. 2. C. de iud. Crave. cons. 263. n. 5. vers non obstat. d
Marant. d. loc. n. 47. Dua. in meth. expl. ad tit. de re iud. c. 1. & 1. disp.
univers. 41. text. in l. fin. § ff. quod met. ca. l. 9. §. 1. ff. de off. proc.
las. in l. ius pluribus. n. 9 ff de iust & iur. & in l. ait Prator. §. 1. nu.
15. ff. de re iud. Paul. de Cast. in l. seruo 65. §. prator. num. 4. ff. ad
SC. Trebell.

XI.

His in iudicio peractis, partes citandæ sunt ad sen-
tentiam audiendam a, quæque proferenda erit in
scriptis b, alias non valeret sententia ipso iure, etiamsi
ab ea non appellaretur: interlocutoria vero non egent
illis solennitatibus, ut semper redigantur in scriptum,
& deinde recitentur viva voce c.

a Vant. de null. sent. 1. quot. & quib. mod. null. n. 126. pag.
132. Marant. d. loc. n. 22. Daumb. prax. civil. c. 219. in prin.
peremptorie tribus edictis, vel uno pro tribus. l. 53. §.
1. ff. de re iud. l. 72. de iud. l. 7. C. quomodo & quando iudex. l. 1.
§. penul. C. que sententia sine appell. text. in c. cum olim. in fin. ext. de
testib. Speculat. in §. qualiter. in prin. & in §. iuxta. n. 21. de sen-
tentia. Inter absentes enim iudicatum non valet. l. 47.
ff. de re iud. l. ult. C. si per vim. Geil. 1. obs. 109. n. 1. nisi contu-
maciter reus absit, contumacis siquidem absentia, Dei
presentia suppletur. text. in l. properandum. §. sin a. reus. C. de
iud. Bart. in l. ea que. n. 2. C. quomodo & quando iud. l. 5. ff. de pœ.
Marant. d. loc. & n. 47. Duar. 1. disp. 50. Contrarium tamen
in Imperiali Consistorio tam in summaris, quam ordi-
nariis iudiciis observatur, nisi generalis citatio per edi-
ctum facta esset. Myns. cent. 3. obs. 71. b text. in l. 1. & 2.
C. de sent. ex pericul. Oldendor. tract. de sententiis. c. 20. Vant. in rub.
ex defect. process. n. 69. pag. 569. las. in l. nec quisquam. n. 68. ff. de
off. procons. Ang. in §. curare. n. 10. l. de act. Myns. c. 43. n. 1. ext. de
testib. pag. 248. Et, si sententia non fuisset prius scripta,
B quam

quàm proferretur, ipso jure non valeret. d.l. 2. & 3. C. de sententiis ex peric. Bart. in l. fin. C. d. t. quem sequitur Lanfranc; in c. quoniam contra. in §. interlocutoria. v. 2do. requiritur. ext. de probat. Specul. in §. iuxta. n. 19. de sententiis. Ita verò scribatur, ut legi possit, aliàs pro non scripta haberetur; & in ea lingua, quæ fuerit communis, & intelligibilis in eo loco, & inter eas personas, in quo & contra quas proferretur; ne quis ignorantia linguarum, quominus illi parcat se excusare valeat. per text. in l. iudices. 12. C. de sententiis. l. 11. §. scribere. 3. ff. de inst. et. l. 1. §. fin. ff. de V. Oblig. Bart. in l. decreta. ff. de re iud. Vant. d. loc. n. 72. Specul. in d. §. iuxta. nu. 12. Marant. d. loc. n. 17. Vtrum verò hæc scribendi solennitas, de expresso partium consensu omitti, & sententia sine scriptis proferri possit, inter D D. controversatur? Distinctione hac adhibita, quæstionem hanc hoc modo solvendam esse arbitror: si causa est vilis & modici momenti, si partes voluerint, sententia sine scriptis ferri poterit, secus si causa erit magna. per text. & gloss. in l. quoties. C. de privil. schol. text. in aurb. nisi breviores. C. de sent. Vant. d. loc. n. 73. & 74. V. omnino. las. in l. nec quicquam. n. 67. pag. 43. ff. de off. procons. c. Sich. in l. 1. n. 1. C. de sententiis. ex per. Bald. in l. fin. C. d. t. Daumb. in prax. civil. c. 219. n. 6.

XII.

Neque rescripto principis retractatur a exemplo transactionum b, sed ad executionem perducenda est, à iudice ordinario c, intra præstitutum tempus d, hoc est, in realibus statim e arbitrio iudicis f, in personalibus post quatuor à re iudicata menses g, adeò ut usuræ rei iudicatæ, olim duplices, hodiè simplices centesimæ, fortis tamen, non usurarum post moram quadrimestrem debeantur b.

a l. ult. C. sent. resc. non poss. nisi iudex diceret, non obstante sententia. l. 16. causas. C. de transact. l. fin. C. de erro. advo. V. Esenb. d. loc. b l. sub pretextu. C. de transact. c l. à Divo. 15. in prin. ff. de re iud. Postquam enim sententia transiit in rem iudicatam, rectè ad executionem proceditur, idque per
viam

viam executivalem, aut mandatorum executivalem, qua in Ca-
mera sine clausula iustificatoria decernuntur cum termino 6. septi-
manarum, & trium dierum, annexa citatione ad docendum de
comparitione, vel videndum se declarari in penam executivalem,
aut allegandum causas cur talis declaratio fieri non debeat. Gail. 1
obs. 113. in prin. & n. 1. & obs. 115 n. 3. idem. 2. de pac. pub. 17.
n. 23. Myns. 2. obs. 8. d. text. in l. 2. & l. debitorum. 31 de re
iud. VVesenb. in oecon. C. d. n. 53. Cuiac. 3. obs. 39. e. §. 1. l.
de off. iud. vide c. non solum. 7. ext. de appellat. in 6. gloss. in l. un. c.
verb. novari. ff. nihil novi appellat. interp. f. d. l. debitoribus. l. officio
eius. §. l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. g. l. ult. C. de usur. rei
iud. v. Cuiac. 3. obs. 39. h. Cuiac. d. 3. obs. 3. VVesenb. d. loc.

XIII.

Nec non in loco consueco a, ante crepuscu-
lum noctis b pro tribunali c die non feriato d.
a text. in l. ius plurib. in fin. ff. de iust. & iur. & ibi
Bald. & las. n. 2. l. 5. C. quomodo & quando iud. Vult. 2. Iurispr. 28
Bart. in l. 1. C. de sent. ex peric. Spec. in d. §. qualiter. n. 5. Vant. d. loc.
n. 80. Vrgente tamen summa necessitate, delegatus,
non item ordinarius, posset super equo, vel ex turri
ferre sententiam, ut cito effugere posset. Mara. d. loc. n. 55.
Specul. in d. §. iuxta. n. 11. vers. Sic. d. l. 1. n. 17. & seqq. Larfran.
in c. quoniam. vers. interlocut. de probat. Delegatus si praefini-
tum locum non habeat, quemcunque etiam privatum
deligere non prohibetur, modo non sit suspectus locus,
& sine incommodo litigantium. l. 59. de iud. Cast. in l. 6. n.
2. C. de sententiis & interloc. Marant. d. loc. b. Novell. 82. c.
3. las. in l. non minorem. n. 3. C. de transact. Spec. d. §. iuxta. n. 7. Ma-
rant. d. loc. n. 92. Pet. Philip. Corn. in cons. 54. col. pen. in 2. vol.
VVesenb. d. t. n. 7. Paul. de Cast. in l. more Romano n. 7. ff. de feriis.
c. d. Novell. 82. c. 3. Bart. & Bald. in l. 1. C. de sent. ex peric. Mara.
d. loc. n. 48. Et quidem a iudice sedente, non deambu-
lante, debet proferri, cum res quæ agitur, plenam co-
gnitionem desiderat. l. 2. §. dies. 1. ff. quis. ord. in bon. poss.
Novell. 71. c. 1. Specul. d. loc. & n. c. fin. de re iud. lib. 6. Quid ve-
ro si in actis non compareat de illis solennitatibus, an
B 2 saltem

saltem præsumantur intervenisse, ad hoc ut sententia vasa
 leat? *Negamus: nisi hoc deprehendi possit ex verbis actorum.*
Bart. in l. sciendum. de v. ob. t. ut circa. da elect. in 6. Nam si ju-
 dex diceret simpliciter, post actionem & responsionem
 (nach flag vund antwort / replicationem & duplicationem
 Red vund wieder red) pronunciamus, talia verba nullo pa-
 cto ostenderent judicem sedisse & legisse sententiam de
 scripto, & sic solennitates illæ non præsumerentur. *V.*
Sich. in d. l. 1. n. 21. d. quibus renunciari non potest. l. 10. dies
C. de fer. l. si feriatis diebus. 6. ff. d. t. Quid? si sententia sit
 lata die feriato, nunquid judex poterit ipsam iterum
 ferre die non feriato? *Sanè in ordinario hoc procedit, secus*
si sit delegatus. l. 55. ff. de re iud. Specul. in d. §. qualiter. n. 11.

XIV.

Quæ quidem judicis pronuntiatio certa esse de-
 bet *a*, etiamsi de incerta quantitate apud ipsum a-
 ctum sit, ut sæpius in interesse contingit *b*, quod ex
 culpa aut facto procedit *c*. Estque damnum obveni-
 ens, vel lucrum cessans ultra rem ipsam *d*, modoque
 tanti, quanti res est, modo minoris, modo pluris æsti-
 matur *e*: ita tamen ut casibus certis *f*, utputa, qui
 certam quantitatem, vel rem certæ naturæ comprehen-
 sam habent, ut in emptione, locatione &c. duplum ve-
 ri pretii, non excedat *g*, secus in casibus incertis, ut
 in *L. Aquil.* &c. qui judicis arbitrio relinquun-
 tur *h*.

a *l. 5. §. 1. l. 59. ff. de re iud. l. certum est. 6. ff. de reb.*
cred. l. C. de sent. quæ sine cert. quant. V. Vesenb. d. loc. text. in §.
curare. & ibi Angel. l. de act. dummodo certitudo in ejus
potestate sit. Petitio incerta, an & quando debeat admitti, &
sic sententia incerta proferri possit, in questionem venit: Remitto
Benevol. lect. ad las. & loh. de Plat. in d. §. curare. l. de act.
 Quandoque tamen, si judex per sententiam suam absque
 aliqua temporis præfinitione aliquem relegaret, sen-
 tentia hujusmodi esset valida, cum tempus illud quod de-
 est, à lege suppleatur, talisque intelligeretur relegatus ad
 tempus decennii, *per text. in l. sive præfinito, & ibi Bart. ff. de*
pen.

pœn. Bald. in l. 1. C. de postul. las. in l. ait prator. §. 1. n. 38. ff. de re
 iud. & in §. curare. n. 46. l. de act. Vant. in rub. de null. sent. ex def.
 process. n. 95. Hinc & illa quæstio emergit: si iudex dicat
 in sententia hoc modo: talem reum absolvimus, & vi-
 ctum victori in expensis (omisso verbo condemnamus)
 an talis sententia sit nulla? quod omninò dicimus. Bart. in l.
 preses. C. de sententiis & interlocut. ou. iud. v. las. in d. §. curare. n. 55.
 Bald. & Ang. in l. 1. §. sin autem per illum text. ff. de hered. inst.
 b d. §. curare. & ibi las. n. 57. Ferret. ad l. unicam. de eo quod in-
 terest. c. 1. 80. de furt. l. 4. §. in eum. 7. de dam. inf. l. 2. 2. proin-
 de. ad L. Aquil. non ex affectione, l. 63. ad l. Falc. Donell. tract.
 de eo quod interest. c. 3. Coras. 6. misc. 1. n. 4. & seq. nec ex con-
 ventione, l. 38. §. 17. de V. O. Ferret. ad d. l. unic. n. 20. Donell. d.
 c. 3. d. argum. l. 13. rem rat. hab. l. 2. quod cert. loc. l. 24. §. 4.
 locat. d. l. unic. ibi & hoc non solum. l. 1. 1. ad SC. Trebell. e. Ro-
 bert. 3. sentent. 14. Menoch. 2. arb. iud. quæst. 122. cas. Venit igitur
 in computationem interesse, si res crevit in bonitate intrinseca. Bolog.
 ad d. l. unic. n. 107. arg. §. 3. 1. de empt. l. 67. §. 2. de furt. vel in
 valore: l. 23. de act. empt. l. 52. §. pen. de furt. non item illud,
 quod extra rem consilii. l. 21. §. 3. de act. empt. f. Donel.
 d. tr. c. 5. arg. l. 2. §. ult. qui satisd. cog. §. ult. 1. de v. oblig. l. 38. §. 17.
 ff. de v. oblig. l. ult. de prator. stip. g. l. 44. de act. emt. l. 60. de
 evict. Donell. d. tr. c. 8. Specul. tit. de fructib. §. viso. n. 3. pag. 861.
 Pretium porrò hic ratione interesse in pura obligatione
 intelligimus, quod erat tempore contractus. l. 62. Titia.
 in fin. ff. de lur. det. l. 69 ff. de contrab. empt. h. Bologn. ad rub.
 d. l. unic. n. 81 arg. l. 75. §. 7. de V. O. Dissent. Bart. Alciat. in l. 6. si
 cert. pet. v. Donell. ad t. de eo quod interest in certis casibus, VVesen.
 in æconom. C. lib. 7. n. 47.

XV.

Curare a. iudex omninò debet, ut sententiam
 ferat, quæ juri sit consentanea a, & sic per eam lites
 sopiantur b: si tamen videretur injusta, & intra de-
 cendium appellatione vel supplicatione à iudicis pro-
 nunciato non fuisset appellatum, standum erit sententiæ,
 ut quæ in rem judicatam transit & pro veritate habetur,
 c, ita ut neque revocari neq; sub prætextu instrumen-

B 3

torum

torum noviter peritorum retractari possit d, statimque
inter litigatores jus faciat e.

a l. 3 2. cum prolati. & ibi las. n. 7. ff. de re iud. c. v. c. ino-
ter ceteras. ext. d. t. Boni siquidem & innocentis viri officio eum
fungi oporteat, teste Vlp. in l. 4. §. 1. ff. famil. ercis. Si enim sit
contra jus expressum, erit ipso jure nulla. l. 19. de appella-
Coler. d. tr. o. 1. secus si sit contra jus dubium, praesertim
in tanta interpretationis illius diversitate. Duar. in d. l. 3 2. adde.
l. 1. §. 2. qua sent. sine appell. l. 2. C. quando provo. non est. Et
quia justa esse debet sententia, ideo iudex per gratiam
vel sordes sententiam ferens. nihil agit, imò ejusmodi
scelus corruptorem amissione causae multat, corruptum
iudicem a stimatitioe litis. jure novo in civilibus, tripli poena,
in criminalibus. exilio publicationeque bonotum induit V. & co-
nom. V. Veserb. lib. 7. n. 49. pag. 184. l. 2. C. de pen. iud. Novella.
124. c. 2. v. Duar. in l. 3 2. Divus. pag. 688. de re iud. Quid si
ex duobus vel tribus iudicibus pronunciantibus, unus
solus aliis ignorantibus corruptus fuerit pecunia, vale-
bitne sententia? Certe non: l. 2. ff. quod falso tut. §. quid enim
ubi auctoritas à vero & falso tutore simulner prestita, non valet. glos.
ulr. in l. cum super. de off. deleg. c. utila. de reg. iur. in 6. Marant. d.
loc. n. 136. Etiam si pecunia, ut justam sententiam fer-
ret, data fuisset, quia talis sententia diceretur venalis.
per text. in c. vendentes. v. quest. 3. acceptio enim nummo-
rum praevicatio est veritatis. Vant. d. loc. n. 136. pag. 608.
& seq. In mutuante pecunias iudici, quod videatur e-
um corrumpere, non est dubium. Bart. in l. qui quis. C. si
cert. pet. per illum text. & in l. 1. de calum. b. c. 2. ext. de re
iud. l. 56. & l. 1. ubi etiam Zas n. 1. ff. d. t. l. 19. §. 1. de recept. arb.
l. 8. C. de reb. cred. l. 5. §. 2. de iur. iur. V. Vesn. parat. n. 8. d. 1. C.
Novell. 23. c. 1. & Novell. 119. c. 5. auth. hodie. C. de appellat.
Iudex verò qui pronunciauit ex responso peritorum cu-
juspian artis, si deinde à peritiis instruat, prio-
rum responsum fuisse fallum, vel non consentaneum ve-
ræ peritiæ & disciplinæ, potest illam suam sententiam
revocare, etiam lapsò tempore, quod ad appellandum
concedi-

conceditur. text. in l. divi fratres. ff. de iur patron. l. admonendi
ff. de iureiur. l. ult. & per i. t. C. si ex fals. instr. Ioh. Andr. ad Specul. d.
hom. §. I. vers. sed pone. Bald. in l. ab hostib. §. si vir. ff. solut. matr.
Myns. c. proposuisti. q. n. 23. ext. de probat. pag. 38. las. in 2. lect. de
l. admon. n. 41. d. l. sub specie. l. 4. C. de re iud. l. si patronus. 12.
in verb. rebus iud. standū est de bon. libert. c. inter monasterium. & c.
suborta. in fin. ext. de re iud. l. sub pretext. C. de transact. l. 3. C. de
sumpt. & exp. lit. l. I. §. ult. de quest. l. 27. in prin. de pan. nec eti-
am ob testes alios, arg. l. 15. C. de fid. instr. except. quibusd. ca-
sib. quos refert VVesenb. in d. t. n. 8. Marant. d. loc. n. 128. Myns. 4.
obs. 60. Specul. in §. nunc de effectu. n. 1. d. r. e c. definitiva. 20.
quest. 6. c. cum inter vos. in fin. ext. de re iud. l. ingenuum. 25. de sta-
hom. t. t. C. de re iud. VVesenb. d. loc. n. 8. Vant. d. loc. n. 125. pag.
600.

XVI.

Semper etiam pro sententia, maximè si sit anti-
qua *a*, præsumitur quod sit iusta, quod legitimè sit
processum *b*, & ex aliis causis iudex animum infor-
marit *c*. Si igitur sententiæ non satis fiat, victor ad-
versus condemnatum pro executione sententiæ obti-
nenda, in solidum experitur actione iudicati *d*.

a Bald. in c. 1. n. 11. de milli vasall. qui cont. est Innoc. &
Host. in c. in presentia. de renunc. VVesenb. d. t. n. 8. *b* c. sicut.
in fin. ext. de re iud. c. cum ad sedem. 15. de rest.
spol. c. d. c. cum ad sedem. VVesenb. in æcon. C. lib. 7. n. 49.
pag. 184. *d* Gothof. ad l. miles. 6. ff. de re iud. ibiq. Duar. Cuis.
3. obs. 39. v. Vaud. 1. var. quest. 23. Est *a*. actio iudicati civilis, quia
ex l. 1. 1. ab. descendit. Cuiac. d. obs. §. sed iste. ubi etiam Schn. n. 5.
l. de act. hodiè verò perpetua & rei persecutoria. l. 6. §. fin. ff. de re
iud. que & coram iudice ordinario debet intentari. l. 15. in prin. ff.
d. r.

XVII.

Eos verò tantum res iudicata tenet & executio
premit, qui in lite fuerunt, & in quos diserte sententia
concepta est, non etiam ut aliis noceat, qui neque liti-
garunt, neque litigare cogebantur, neque causam ap-
probarunt, cum sententia stricti juris sit *a*.

a text.

^a text. est elegans. in l. 63. saepe const. ff. de re iud. Bart. in l. 2. §. item. n. 5. si quis in ius vocat. Socin. cons. 18. progrediendo. nu. 42. volum 1. per not. l. 1. C. de consort. eius. lit. V. Vesenb. d. loc. num. 54. mibi. pag. 185. Zas. & Bart. in c. quamvis. ext. de re iud.

XVIII.

Vnde hæc oritur quaestio: si filius minor fuit admissus ad defendendum patrem absentem, contra quem erat lis contestata, finito processu, nunquid iudex debeat ferre sententiam condemnatoriam contra patrem, an verò contra ipsum filium? quod contra ipsum filium debeat proferri sententia, statuimus c. Huic affinis est & hæc: sententia lata contra matrem, nunquid præjudicet impuberi? Respondetur quod non planè præjudicet filio, affert tamen aliquale præjudicium saltem præsumptionis b.

^a per l. 32. liberto. §. fin. ff. de reg. gest. ideo, quod plenam defensionem pro patre suscepit. Ias. in l. 12. exigendi. n. 22. C. de procurat. ^b v. Ias. in l. si tibi. n. 4. C. de Carb. edict. & ibi Cyn. in 2. quaest. Si tamen sententia sit lata contra unum, quem negotium principale tangit, præjudicat in consequentiam ei, quem negotium attingit accessorie, etiam si non fuerit citatus ad processum. Angel. in l. in cognitione. ad fin. ff. ad SC. Syll. Ias. in l. decem stipulatus. n. 40. mibi. pag. 145. de verb. oblig.

IX.

Regulariter sanè sententiam inter alios latam, aliis non præjudicare manifestum est ^a, nisi illorum, qui aliis agere scienter permittunt, potior sit causa ^b. Nunquid verò idem in liberto obtineat in dubium venit? Affir. modo patronus sciat, & in iudicio præsens sit, ubi sententia fertur ^c. Quod si sententia feratur adversus creditorem hypothecaria agentem pro recuperanda possessione rei oppignorata, nunquid hæc debitori nocebit? negamus ^d.

^a text.

a text. est elegans. in l. saepe constit. 63. in prin. ff. de re iud.
v. ibi Zas. & Bar. c. quamvis. ext. de re iud. b Zas. eleganter. per
tot. d. l. & ibi Duar. & Bart. c Zas. n. 7. ad d. l. saepe. v. Co var.
late. pract. quest. c. 13. d Zas. in d. l. n. 22. & vide omnino Paul.
de Cast. in d. l. saepe. n. 1.

XX.

Sententia lata, si non impugnetur, transit in Rem
Iudicatam, quæ secundum Modestinum, finem contro- **DE RE IV-**
versarum pronuntiatione iudicis accipit. **DICATA.**

text. in l. 1. ff. h. t. l. qualem. 19. §. dicere. ff. de recept. arb.
Quib. verb. ICTus ostendit, non quavis pronuntiatione iudicis rem
iudicatam intelligi, sed cum finitur lis, & à tota controversia rece-
ditur. Si enim iudex de tota controversia non pronunciet et dam-
nando vel absolvendo, sententia ipso jure non valeret. l. eos. 6. C.
de appellat. l. 27. in hoc. ff. sam. ercisc. l. 1. C. de ordin. iud. vide Ro-
bert. lib. 1. sent. c. 24. Interlocutionem verò iudicis sententi-
æ vim non habere, nec pro re iudicata habendam esse,
statuimus. Duar. l. 1. ff. h. t. Hinc quæri solet: an pro-
nuntiatio iudicis de possessione possit dici res iudicata,
vel sententia definitiva? In hac quest. expendenda sic dici
posse arbitror, si principaliter de possessione actum sit, res iudicata
dici poterit, quia principaliter agebatur de possessione non de pro-
prietate. Si verò inciderit questio de possessione, & pronuntiatum
sit ordinanda litis gratia, erit interlocutio, ut in l. exitus. 35. de acq.
possess.

XXI.

Quæ res iudicata, cum pro veritate habeatur a,
ejus tantam vim esse asserimus, ut neque ejus auctorida-
te solutum, tanquam indebitum condici, neque sub
novorum instrumentorum post repertorum, neque cal-
culi vel computationis pretextu rescindi rectè queat b.
Quamvis publicæ, matrimoniales, aliæque piæ & privi-
legiatæ causæ excipiantur c.

a l. ingenuum. ff. de stat. hom. l. 207. de reg. iur. b
l. sub specie. l. 4. C. de re iud. l. si patronus. 12. in verb. rebus iudicatis
standum esse. de bon. libert. v. esenb. in parat. n. 8. ff. de re iud. c
v. Geil. lib. 1. obs. 112. in prin. c. lator. ext. de re iud. Castr. cons.
354. n. 2. volum. 1. incip. videretur.

C

Sciendum

XXII.

Sciendum præterea, in actione personali quadrimestre spatium Reus, intra quod iudicatum facere tenentur, à Iustin. esse indultum *a*. Hoc vero locum non habet in actione in rem: in hac siquidem statim fiat executio, & restituere cogatur reus rem alienam, quam possidet *b*. Vnde occurrit appositè discutienda hæc quæstio: an tempus hoc legitimum possit mutari, aut longius aut brevius tempus dari? id quod affirmamus *c*.

a lult. C. de usu rei iud. *b* Duar. in l. 2. ff. de re iud. *c* text. in d. l. 2. & l. debitoribus. & l. 4. §. 5. si quis. ff. h. t. Et si iudex iussit solvi sub conditione, currit legitimum tempus demum existente conditione, licet secus sit in appellatione. l. 1. §. biduum. ff. quando appell. sit. gloss. in d. l. 4. §. 5. verb. minorem.

XXIII.

Illo tempore effluxo actione iudicati, si sententiæ minus satisfiat, victor adversus condemnatum pro executione sententiæ obtinendæ in solidum experitur *a*. Quæ actio civilis est, perpetua, & rei persecutoria *b*: heredi & in heredem competens *c*.

a arg. l. si se non obtulit. ff. de re iud. *b* sc. in factum. ut l. auctori. C. de re cred. *c* licet vetus actio fuerit temporalis, quia fortè ex delicto. l. licet. §. idem scribit. ff. de pecul.

XXIV.

Sunt tamen personæ, quæ in id tantum quod facere possunt conveniuntur, ut puta, armatæ militiæ milites *a*, parentes *b*, patroni *c*, socii *d*, mariti *e*.

a l. miles. 6. & l. 18. ff. de re iud. l. 173. ff. de reg. iur. Hinc illa oritur quæstio: an hoc beneficio utantur advocati, Doctores, Clerici, qui milites etiam vocantur. affir. per text. in l. advocat. l. 4. & l. fori. C. de advo. divers. iud. idem in magistris. l. ult. C. de inoff. testam. Diss. Duar. in l. miles. ff. de re iud. *b* l. 17 ff. de re iud. & quidem in infinitum, cum sit favor in omnibus his. l. quiq. 4. §. 2. ff. de in ius vo proprie tamen aliter. l. 10 §. 7. ff. de gradib. *c* d. l. 17. ff. de re iud. Quid statuendum

dum erit, si patronus amiserit jus patronatus? videndum quomodo amiserit. Si illud ius sponte remiserit, nihilominus ei debetur reverentia. l. ult. C. de bon. libert. ideoque ei hoc beneficium non adimendum esse videtur. Si vero privatus fuerit iure patronatus, ob culpam suam amittit hoc beneficium. d. l. ult. Duar. ad d. l. sunt qui. d. l. 16. sunt qui. l. sed hoc ita. §. 1. ff. d. t. Si vero negavit se socium esse, in solidum condemnatur. ut iam. d. l. sed hoc. Idem esset, si quid dolo faceret, quod etiam in marito procedit. ut l. verum. §. hoc quoque. ff. pro socio. l. etiam. §. licet. ff. solut. matr. l. unica. §. cum a. 7. C. de rei ux. act. e. d. l. 17. l. non tantum ff. d. t. l. maritum. 12. ff. solut. matr. sed hoc heredi extraneo non est prestandum. l. rei iudicata. 16. §. 1. ff. solut. matr. l. sciendum est. 25. ff. de re iud. Suo vero heredi omnino concedendum. l. 19. etiam filios. ff. solut. matr.

XXV.

Socero quoque, cum quo nurus de dote agit, idem honor habetur, ut in id damnetur, quod facere potest. a Neque etiam adversus Tutorem, Curatorem b, Syndicum, Procuratorem c, qui non suo, sed alieno nomine litigant & condemnantur, actionem rei iudicatae exerceri posse arbitramur.

a l. rei iudicatae. §. fin. ff. solut. matr. l. 21. sicut. et l. seq. quod etiam locum habet, si cum socero agatur ex promissione dotis. b l. 1. de procurat. nec possunt dici offerre se liti, propter munus publicum, quo funguntur. l. ult. ff. si quis caut. l. 1. C. quando ex fac. tut. Idem in actione ex contractu. l. illud. ff. de evict. l. post mortem. §. tutor. ff. quando ex fact. tut. c l. si cum procurator. 23. ff. de re iud. v. l. 35. §. 3. defendere. ff. de procurat. v. And. Geil. lib. 1. obs. 111.

XXVI.

Vnicum hoc apud DD. graviter controvertitur: an sententia super poena corporis afflictiva transeat in rem iudicatam, ita, quod etiam comperta deinceps veritate retractari non possit. Et affirmativam partem veriore statuimus. Panorm. in c. consanguinei. n. 12. & Felin. eod. c. n. 4. ext. de re iud. Matth. Coler. in d. c. consanguinei. Eiusdem farinae est & haec quaestio: utrum sententia di-

C

2

vortii

vortii semel rité lata, ob unius partis confessionem asferentis contrarium, revocetur? Negatur, sed interim ei statur donec contrarium legitime probatum fuerit. *text. in d. c. consanguinei. & ibi Coler.*

XXVII.

Hoc in loco in dubium vocari potest: an translatio super rebus iudicatis interposita valeat? Eam non valere, sed inutilem esse, non est opinionis incertæ.

text. in l. si causa cognita. 32. C. de transact. & l. post rem. ff. eod. 1. l. eleganter. in pri. ff. de cond. indeb. v. las. laté in d. l. si caus. cognita n. 1. & 5. ibidem etiam Paul. de Castr.

XXVIII.

Neque hæc quæstio omnis controversiæ experta est: utrum adversus rem iudicatam restitutio detur propter instrumenta noviter reperta, cum quis impeditus fuit ex iusta & probabili ignorantia? ^a Huic affinis est & hæc: Num Ecclesia adversus rem iudicatam audienda sit propter instrumenta de novo reperta? Prior quæstio negatur. Posterior affirmatur.

^a *authoritate. l. sub specie. C. de re iud. text. in l. Imperatores. 35. ff. de re iud. & ibi las. n. 8. & 11. Et quod de instrumentis noviter repertis dicitur, idem etiam procedit in testib. de novo repertis, cum parem vim habeant. l. in exercendis. C. de fide instr. cum testes quoq; dicantur instrumenta, dum instruunt causam. l. 1. ff. de fide instr. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de V. sign. las. in d. l. Impp. n. 10. v. etiã Andr. Fach. lib. 1. controvers. iur. c. 52. Et hoc non tantum in causis civilibus, sed etiam in criminalibus. procedit, ubi sententia lata in criminalibus, non potest de jure communi retractari per instrumenta de novo reperta, per quæ apparet de innocentia rei condemnati, nisi retractaretur per beneficium Principis. text. est solennis. in l. divi fratres. ff. de pan. las. in d. l. Impp. n. 2. ^b de hac quæstione v. Andr. Fach. d. l. b. 1. c. 53. & las. in d. l. Impp. n. 8. ubi satis prolixè h. quæst. tractat.*

XXIX.

Postquam sententia transiit in rem iudicatam, retractat

De Executio-
tione.

rectè ad executionem Zur hülffe proceditur, ne effecta suo carere videatur sententia. c. quo ad consultationem, & c. cum aliquibus. ext. de re iud. Geil. lib. 2. obs. 113. n. 16. Vnde sententiæ executio propriè spectat ad iudicem ordinari-um a, vel eum, cui iurisdictio est demandata: se- cùs est in sententia delegati, à quo executioni mandari non potest, sed debet fieri per delegantem b.

a l. cum quædam puella. in prin. ff. de iurisd. om. iud. text. in l. à divo Pio. ff. de re iud. & ibi Duar. Marant. in rub. & post omnia adverti. cir. execut. n. 2. & 4. Num verò in executione procedatur per viam præcepti, aut per viam libelli, sicut in cæteris actionibus, quæstionis est? Distingve; aut agi- tur actione descendente ex sententia de qua loquitur. l. miles. §. fin. ff. de re iud. l. actori. C. de iureiur. & tunc offerendus est libellus. sicut in alijs actionibus. ut in l. 1. in prin. ff. de edendo. & auth. offeratur. C. de lit. contest. Aut iudicis officium simpliciter imploratur, & tunc per viam præcepti proceditur, nec libellus offertur, ut dicit Spe- cul. in l. de. exec. sent. §. qualiter. Bar. in l. intra dies. ff. de re iud. & Cyn. in l. ab executione. C. quorum appell. non rescin. Pet. Ferrar. in form. lib. de exec. sent. c. fin. n. 3. pag. 201. b l. à divo Pio. in prin. & ibi Bart. & DD. ff. de re iud. l. properandum. §. fin. a. reus. C. de iud. Marant. d. loc. part. 6. n. 4. De sententia Arbitri quæri- tur, num ipsimet possit eam executioni mandare? Ne- gatur, sed debet per iudicem ordinarium id fieri. text. in l. cum an- tea. & ibi Bald. colum. fin. vers. ulterius nota. C. de arb.

X X X.

Non ineptè hic quæritur: an delegatus Principis sententiam suam exequi possit? Et jure Canon. non est dubium quin possit. v. c. de cætero. & ibi Coler. ext. de re iud. Nec dubitamus, quin iudex alicujus loci possit iudicem alterius territorii, in quo Reus condemnatus jam ver- satur, vel bona sua habet, per literas rogatorias mone- re, ut sententiam à se contra illum latam executioni mandet. text. in d. l. 15. §. sententiam Romæ. & ibi Paul. de Cast. & Ias. n. 1. Petr. Ferrar. d. loc. n. 13. Bart. in l. fin. C. ubi in rem at. Specul. de execut. sent. §. breviter. vers. quid si iudex. Et si ju- dex re-

dex requisitus nollet, vel negligeret exequi literas primi
judicis, tunc permitteretur judici citare condemnatum
existentem extra suum territorium per nuncium vel per
edicta, ac si esset in suo territorio. *las. in d. l. §. 1. n. 19. ff. de
re iud.* Iudices etiam Ecclesiasticos, pro executione sen-
tentia suæ, brachium seculare invocare posse, explorati
juris esse putamus. *per c. 1. ex t. de off. ord. & c. ut fama. ext. de
sent. excom. las. in d. §. n. 15. text. in l. 2. C. de his qui lation. Old.
cons. 89. Geil. lib. 1. obs. 115. n. 1. Marant. disp. 1. n. 26.*

XXXI.

Quis sententiam exequatur, iudexne à quo, vel
ad quem appellatum fuit, satis dubium est? Quando ju-
dex appellationis sententiam primam confirmavit, is e-
andem exequetur: quod si deserta fuerit appellatio, tunc
primus iudex exequetur, non appellationib. *a* In
executione sententia in civilibus, ejusmodi debet ob-
servari ordo: ut primò res mobiles & animales post im-
mobiles pignori capiantur, deinde ad nomina & jura
perveniantur *b*, his deficientibus, ultimo loco deve-
niatur ad capturam personæ *c*.

a *Cyn in l. eos. C. de appellat. & in auth. si quis litigantis
um. C. de Episc. aud. Ferrar. d. loc. n. 2. b* *text. in d. l. 15. §. in
venditione. ff. de re iud. l. 5. & 7. C. de exec. rei iud. Ferrar. d. loc. n.
22. Adeò a. iste ordo est necessarius, ut si invertatur,
omninò executionem non valere putemus. l. non dubium.
C. de ll. & l. cum hi. §. si prator. ff. de transact. las. in d. l. §. in ven-
ditione. n. 19. Marant d. loc. n. 9. Et potissimum illud mobi-
le debet capi, quod minus nocet debitori. v. Maran. d. loc.
An verò quis pro debito incarcerari possit. v. Ferrar. d.
loc. n. 21. & v. omnino. Chil. König. §. Von den Gerichtlichen pfan-
den. n. 9. & seqq. *c* v. Marant. d. loc. n. 23.*

XXXII.

In executione facienda pars ita demum erit ci-
tanda, quando à sententia fuit appellatum, & est deser-
ta appellatio *a*. In taxatione verò expensarum an re-
quiratur

quiratur partis citatio non est extra controversiam? Nos affirmativæ sententiæ subscribemus b.

a Bart. in l. 1. ff. nil. no. append. Bald. & communiter DD. in l. si contra. C. de appell. Dec. in cons. 97 col. 2. Chil. König. in rub. Von der hülffe des vrteils. §. vñnd der / wieder den die execution oder hülffe des vrteils geschicht / der solle darzu rechtlichen geladen werden etc. Et si executio esset facienda contra minores, necessario requiritur, quod habeant tutores, qui eorum nomine intersint. König. d. loc. v. Marant. d. loc. n. 15. & Ferrar. d. loc. n. 4. Quando vero executio fieret in eadem re, super qua fuit lata sententia, non requiritur partis citatio. secundum Bart. in d. §. in venditione. b. Marant. d. loc. n. 21. Bald. in l. terminato col. 2. C. de fruct. & lit. exp. v. lat. in l. nec quicquam. n. 46 ff. de off. procons.

XXXIII.

In causam iudicati veniunt etiam pignora: & emptore non reperto adjudicantur creditori pro justo pretio a. Vbi a. creditor accipit simpliciter pignora in solutum, non determinata quantitate, tunc videtur pro toto debito accepisse, nec ulterius audiretur pro aliqua parte dicti debiti b.

a text. in l. 1. & 2. & 3. C. de exec. rei iud. text. in l. 2. C. si in ca. iud. text. in l. à Divo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. Ferrar. d. loc. n. 20. Marant. d. loc. n. 19. König d. loc. §. Vñnd ist zuuernehmen / vers. Zum dritten mag er in pfenden. & in §. Von dem gerichtlichen pfand. n. 3. ibi. Wo kein Kauffer kommet. Deinde etiam iudex exequens emptori non solventi precium, rem venditam auferre, & alteri vendere presentia pecunia potest. b. Bart. in d. l. à Divo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. Ferrar. d. loc. n. 20. Hic vero oritur quæstio: utrum iudex executionem sententiæ ita committere victori valeat, ut possessionem ingredi propria autoritate queat? quod affirmare communi DD. suffragio non erubescimus, modo nemo reperiat, qui parti victrici resistat. v. Ferrar. d. loc. §. publico nuncio. n. 3. Nunquid

XXXIV.

Nunquid executio fieri possit in bona feudalia, trita est, & in foro non inutilis quaestio? Negativam sequemur *a*: nisi in subsidium aliorum bonorum non existentium *b*, aliàs regulariter executio in feudali- bus fit ad fructus tantum. Eaquè durat usq; ad vitam debitoris, deinde feudum cum fructibus redit liberè ad proximum agnatum vel ad dominum. Et is qui execu- tionem consequitur, nullum feudi jus, sed tantummo- do commoditates & fructus consequitur *c*.

a *c. imperialem. de probib. feud. alien. & ibi Bald. v. Chil. Konig. d. loc. §. Von der hülffe auff Lehngüter. vers: ob man- jum Lehngut helfen mag. n. 20. b* *ut in l. stipendia. C. de exe. rei iud. argum. l. necessario. §. fin. ff. de peric. & quomodo rei vend. c* *Chil. Konig. in d. loc. per text. in l. peto. §. pradium. de legat. 2. & per l. Statius Florus. §. Cornelio felici mater. ff. de iur. fisc. Interim nihilominus Vasallus servire debet, licet non utatur feudo, cum percipiat ejus creditor fructus, & ipse interim liberetur. ita probat Specul. t. de primo & secundo decret. §. restat videre. vers. quid si reus non habuit. & c. & v. seq.*

XXXV.

In criminalibus qualiter sit facienda executio, di- cendum erit: quod si iudex non habet certum carnifio- cem deputatum, potest vilem hominem capere, vel unum ex carceratis, fortè ad mortem condemnatum, illumq; cum remissione pœnæ compellere ad exequen- dum, vel potest mendicantem compellere cui debet da- re salarium quinque aureorum. Et si damnatus ha- bet vestes & annulos, debent dari carnifici, usque ad di- ctam summam aureorum quinque. *text. in l. divus. 6. ff. de bon. dam. Marant. d. loc. n. 25.* Iudex tamen in pœnis irro- gandis semper debet habere personarum qualitatem, ita ut viliores eligat. *Marant. d. loc. per text. in l. fin. ff. de in. ur. l. capitalium. §. non omnes. ff. de poen. l. Pedius. §. i. ff. de incen. rui. nauif.*

Execu-

XXXVI.

Executioni subjacent omnes res, nisi à jure re-
periantur prohibita, quales sunt vestes, lecti, vasa ficti-
lia, & suppellectilia deputata ad quotidianum usum *a*.
Idem etiam observandum in bobus aratoris & instru-
menti ad agriculturam deputatis *b*. Si verò præter hæc
nulla alia superessent bona, in subsidium possent capi,
& sic fieri executio *c*.

a Quia ista bona minimè transeunt in hypothecam. se-
cundum Bart. Bald. & DD. in l. 1. C. quæ res pig. oblig. *b* text.
in l. executores. 7. C. quæ res pig. & l. seq. d. t. *c* Marant. d. loc.
gloss. in d. l. executores. verb. aratorium. per text. in l. stipendia. C. de
exec. rei iud.

XXXVII.

Simili modo executio locum non habet, in iis
rebus, quæ alienari non possunt, ut in bonis singulorum
civium *a* pro debito universitatis, Clericorum bene-
ficiis & præbendis *b*. Item in libris scholarium *c*, nec
non in stipendiis militum, idemque in stipendiis docto-
rum *d*, denique in bonis mariti *e*.

a per Bald. in l. etiam. col. 4. cir. fin. C. de exec. rei iud.
secus pro debito universitatis, in viis publicis & theatris,
aliisque ad usum civium & ipsius universitatis constitutis.
Imò compellitur potius universitas imponere collectam. Alex. in
d. l. commodis. ff. de re iud. Marant. d. loc. n. 51. *b* d. ll. & ibi
DD. & Can. in c. pervenit. de fidei. Marant. d. loc. n. 44. Id quod
etiam procedit in bonis monasterij, nisi sint bona quasita Monaste-
rio per medium ipsius Monachi. Ipse verò Monachus non potest
pro debito carcerari. ita tenet Bald. (prout eum allegat Marant. d.
loc. n. 43.) in auth. causa qua col. 2. vers. quartum considerandum. C.
de Episc. & Cler. *c* glos. in l. Nepos proculo. ff. de verb. sign. Specul.
in t. de execut. sent. §. sequitur. in fin. nisi aliquis fecisset ex-
pensas funerales scholaris mortui, tunc posset pro illis
expensis retinere libros. v. Marant. d. l. n. 47. *d* iam d. ll.
D *e* l. 1.

e l. 1. & 2. & per t. t. C. ut uxor pro marito. Fallit hic in casu
singulari. l. si mulier. C. in quib. caus. pig. vel hy. contrahatur.

XXXVIII.

Nunquid verò sententia lata contra principalem
absque novo processu mandari executioni contra fide-
jussorem non citatum possit, non satis est expeditum?
In fidejussore iudicii non contractus id fieri posse, cum
Perr. Ferrar. affirmare non erubescimus. Cyn. in l.
fin. C. de us. rei iud. & per Bart. in l. 1. ff. iud. sol. Ferrar. d. loc. nu.
27. pag. 106.

XXXIX.

Hæc ventilari hic quæstio consuevit, usque ad
quod tempus peti possit executio sententiæ? Et usque
ad 30. annos non ultra eam petere licere, testis est no-
bis satis locuples Bald. Et quando post delictum com-
missum, esset lapsum longum tempus, tunc pœna cor-
poralis esset moderanda.

text. in l. si diurno. 25. & ibi gloss. ff. de pœn. Eodem
modo executio in criminalibus suspenditur ob excellentiam delin-
quentis in arte sua. Alex. in addit. ad Bart. in l. quid ergo. §. pœna
gravior. ff. de his qui not. in fam. Marant. d. loc. n. 60.

XL.

Thesium numerum claudat elegans hæc quæstio:
an restitutio in integrum impediatur executionem sen-
tentiæ? Affirmamus.

text. in l. causa cognita. C. de transact. Bal. in consil. 35. & in
3. vol. Socin. cons. 109. in fin. 4. vol. Bart. in l. defendente. ff. de auct.
tut. & in l. si prator. §. Marcellus. in fin. ff. de iud. v. las. in l. si se non
obtulit. §. condemnatum. n. 26. & seqq. ubi prolixè agitur ff. de re iud.
pag. 129. Nisi restitutio peteretur malitiosè, vel haberet
altiore indagine. Abba. in c. suscitata. ext. de
rest. in integ. v. Marant. sæpè d. loc.
n. 58.

CARMEN



C A R M E N

I N H O N O R E M O R -
N A T I S S I M I E T D O C T I S S I -
mi Domini Respondentis: scriptum
ab amicis.

V T micat exoriens croceo velamine
Phoebus,

*Hesperios fontes sidera dum subeunt.
Arte tuum splendet sic nomen, Docte Ge-
orgi,*

*Cum pectus mollis re meliore tuum.
Evoluisse iuvat sinuosa volumina Juris,
Et versare virum scripta disertamano.
Testantur mentis nova pignora laudibus
ampla,*

*Indolis ostentant luxuriantis opes.
Pergito, nec studijs gravibus, nec frangere
curis, (um.*

*Altitonans coeptum sospitet omne tu-
Gloria vera tuos, verum decus inde manebit
Te, si Musarum castra sequere, vale.*

M. Iohanne Pfuntz Augustano.
ALIVD.

A L I V D.

Ardua res multum est, & acumine digna sagaci,
Iurgia clamosi solvere dura fori.
Hinc benè qui poterant aequo distinguere ini-
Divinas sedes VIRTUS habere dedit. (quum,
Ergò tulit magnum punctum pietatis & artis,
Qui sua cuiq; dica, qua tribuenda docet.
Hoc quia tu praestas, Iuris doctissime cultor,
Te meritò laudum pramia digna manent.
Perge age, Iustitiæ fontes scrutarier almos,
Ut magè clarescat nomen in orbe tuum.

M. Ioh. Henrico Aichelloer
Augustano.

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







PROCESSVS IVDICIARII
Disputatio II. X.
**DE CONCLV-
SIONE CAVSÆ, RE
IUDICATA ET EX-
ECVTIONE**
*Ex iure Civil. Cano. Feud. Ordinat. Cam.
Imp. ac receptis in foro Doctorum opi-
nionibus desumpta*
Q V A M
Christo Sole iusticiæ Duce
SVB PRÆSIDIO
Nobilissimi, & Amplissimi viri,
Dn. ARNOLDI DE REYGER, DO-
ctoris Iureconsulti celeberrimi, Pandectarum,
in florentissima Academia Salana,
Professoris Publici.
Publicè in novo Ictorum auditorio examinandam
proposuit, ac exercitij gratia defenden-
dam suscepit
GEORGIVS GIGELMAIR
Trostpergensis Bauarus.
Ad 29. Novembr. Anno reparata
Salutis 1595.
Speculator in §. qualiter, n. 17. de
sententia.
In iudicando cordi magis sit custodia veritatis,
quàm obedientia voluntatis.
I E NÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

